

SERMO IN NATALI DOMINI <sup>1</sup>

- 1447 2. [...] Dominus itaque noster Iesus Christus, ordine nativitatis excepto, homo verus procreatus ex virgine est, eodemque omnipotentiae signo conceptus et natus. Virginem habuit matrem, cum portaretur in utero virginis, et cum ex utero funderetur: nec tamen ista nativitas coniugia damnavit, sed potentiam divinitatis honoravit. PL  
39, 1981

## IOANNES Ep. Tomitanus (saec. v)

DE DUABUS HAERESIBUS NESTORIANORUM ET EUTYCHIANISTARUM <sup>2</sup>

- 1448 [...] Nestoriani, a Nestorio quondam Constantinopolitanae urbis episcopo dicti sunt, qui adserebat sanctam virginem Mariam theodochon, non theotocon, hoc est \*susceptricem Dei esse, non genitricem. Non enim unum atque eundem Deum et hominem Christum Dei filium credit, sed alterum ex Deo Patre adserit natum, alterum ex matre virgine separat procreatum; indignum namque existimat confiteri, quod ipse Dei filius in utero beatæ virginis conceptus et incarnatus sit, sed hominem tantum modo formatum in utero, et postmodum Deo coniunctum Christum editum esse pronuntiat. Quem Nestorium, sancta synodus Epheso congregata, ab episcopatus honore deposuit, atque in exilio relegavit, ibi suae perfidiae poenas meritas luiturum [...] Alii [Apollinaristae] autem eiusdem perfidiae sectatores dicunt quod filius Dei non de Mariae virginis carne, hoc est nostræ naturæ, sed passibilem unde voluit sibi adsumpsit; alii de caelestibus eum et spiritualibus coaeternam habuisse existimant, ac per uterum Mariae virginis veluti aquam per fistulam nihil ex ea carnis adsumens transisse contendunt. PLS  
II, 1585  
  
\*1586

<sup>1</sup> Sermo hic fortasse Vigilii Thapsitani est (cf. PLS II, 846 et III, 1259).

<sup>2</sup> Cf. PLS II, 1584.

● PL 62, 97, 99, 100, 107, 119, 123, 124, 127, 129, 130, 131, 132, 138, 139, 140, 142, 148, 149, 151, 182, 188, 189, 190, 194, 203, 216, 230, 242, 243, 344, 348, 349, 861, 868, 906, 914, 975, 1071.

● EUTROPIUS presbyter (saec. V). Vide locum, Eutropio attributum, sub titulo « Incertus Auctor ». Cf. Al 383.

■ PL 62, 158, 163, 172, 177, 369, 373, 399; PLS III, 1260.